



## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm Novembris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Martyrium SS. Aris, Promi & Eliæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

En vt olim  
antiquitas  
exceperit  
sanctorum  
reliquias.

ARTIBVS DECEMBER.  
autem profectus in ciuitatem, significat miraculum. Protinus verò publicè confluunt omnes, gestantes lampades & coronas, & diuinos hymnos canentes. Et cum sic eas præclarè & magnificè illic deposuissent, vberes fructus miraculorū quodidè colligunt: Ad gloriam patris & filij & spiritus sancti, vnius diuinitatis & potentia, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE S. SPIRIDONE Episcopo quare supra 12. Decembris.

MARTYRIVM SS. ARIS, PROMI ET ELIÆ,  
VT HABETVR OCTAVO LIBRO ECCLES. HISTO-  
ria Eusebij Casarensis cap. 20. nouæ versionis Iobanis Christophorsoni.

14. Decēbr.

**D**ECIMOQVARTO die mensis Apellai, proximè insequentis, hoc est, ad decimum nonum Calendas Ianuarij, quidam pij viri ex Aegypto profecti (in Ciliciā namque iter susceperant, vt confessores qui ibi versabantur, sua curatione subleuarent Casarea) ab his qui diligenter homines ad portas ciuitatis accedentes persecutantur, capti sunt. Ex quibus alij eandem cum illis quibus erant in seruituri, sententiam & condemnationem subierunt: vt oculi nempe & pedes cruciatu illis labefacerentur. Tres autem illorum Ascaloni, vbi capti erant, admirabilem fortitudinis vim in fidei suæ confessione ostendentes, varijs martyrij generibus defuncti sunt. Nam vnus illorum in rogo coniectus fuit, cui nomen Ares: reliquis duobus, qui Promus & Elias appellabantur, capita amputata.

Aris, Promus  
& Elias, pro  
Christo occi-  
duntur.

DE SS. ARSENIO, Isidoro, Herone, & Dioscoro puero, quare supra 3. Decembris in historia sanctorum martyrum Alexandrinorum.

SANCTI PATRIS NOSTRI ET CONFESSORIS  
THEODORI STVDITAE ORATIO FVNEBRIS IN  
S. Platonem patrem spiritualem. Habetur in 7. Tomo Aloysij Lipomani Episcopi Veronensis. Nos eam per capitula  
marginis adiecta distinximus.

16. Decēbr.  
Cap. 1.  
Rhetorū &  
sophistarū  
studium.

**R**ATORVM quidem & sophistarum omne studium est, non vt ad scribendū se conferentes, quod verum est assequantur, sed vt dictioni splendorem adhibeant, & poetarum versus concidentes, verbis illinc sumptis narrationem suam ornent, ac sublimem reddant, & eorum aures, à quibus audiuntur, orationis suauitate oblectent. Verborum enim concinnitate auditores demulcent, & probabilitate decipiunt, parū curantes, vt vera dicant: quippe qui opiniones captant, & studio placendi hominibus omnino seruiūt. Quos verò amor veritatis tenet, illi vnum hoc curant, vt, quæ sunt, ea dicant, & veritatem ipsam honorent, quanuis oratio concinnitatem & elegantiam non sit habitura. Cum enim veritatis pulchritudinem expectant, comptis dictionibus, quæ stragulis quibusdam pictis similes sunt, multam salutem dicunt, id enim veræ sapientia proprium est.

Cap. 2.

Ita certè & ego, qui mēte sum exigua, oratione & spiritu valdè tenui patrem meum laudabo, non vt illi hac laudatione gratū faciam: Quæ enim gratia illi hæc esset, qui nulla re ex his, quæ hinc sunt, delectatur, cum cælestē conditionem sortitus sit, cuius qui compos fuerit, præsentia hæc irridet, cum nihil in eis stabile sit, neque beatum: sed tanquàm vmbra prætereant, & vt verni flores corumpantur? Ad hæc si, cum in terris esset, indignum se arbitrabatur, qui vel in monachorum numero cen-  
centē.

Sæcti in cæ-  
lo terrenis  
rebus non  
delectantur.

SURI

aber  
Nobis

RVITI

5